

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Oratio Nabarzanis ad Darium: De prælio differendo, & abdicatione Imperij:  
vafra & callida.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

*idem Syrus author. Addunt ad huius sententiam confirmationem, ingensam fortunam sua gente picturam, cum manibus, & pennis, sine pedibus, quo significabant mobilem, & nullo loco consistentem. Contraria est fortuna Latinorum viscosa, quam puto sic nominatam, non quod homines eminus capteret, sed quod constans sit, & permanens, quasi visco irretita. Talis autem Victoria apud Pompeium Poetam, & Mars Laconicus in vinculis apud Pausaniam.*

*VIII. Potentissima ultimo loco adhibent argumena apud ipsum Alexandrum, qui Dei nomen affectabat: monent quippe, ut sit beneficis immortales, hec enim expeditissima ad Dei milititudinem via. Ayo. b. 10. c. 14. p. 15. deoū (inquit Synesius) sic itur in altera pectora. Contraria, si vi homines subiugauerit, quot seruos, tot hostes habiturus est.*

*IX. Postremo dicta, & oblatas conditiones sancti, non iure iurando, sed sive, que est antiquissimum numen.*

*Ante Iouem generata, decus diuumque, hominumque  
Iustitiae consors, tacitumque in pectore numen.  
Silius Italicus.*

## NABARZANIS ORATIO ad Darium.

*De prelio differendo, & abdicatione Imperij: Vafra, & callida.*

*Ex Q.  
Curto.*

*S*cio me, inquit, sententiam esse dictum primum prima specie, haud quaquam auribus tuis gratiam.

Sed medici quoque grauiores morbos aspergit remedijs curant, & gubernator, ubi naufragium timet, iactura, quicquid seruari potest, redimit.

Ego tamen, non ut damnum quidem facias, suadeo, sed ut te, ac regnum tuum salubri ratione conferueres. Dijs aduersis bellum inimus, & pertinax fortuna Persas vrgere non desinit. Nouis initij, & hominibus opus est. Auspicium, & Imperium alij trade interim, qui tamdui Rex appelletur, donec Asia decedat hostis. Victor deinde regnum tibi reddat, hoc autem breui futurum promittrit. Baetra intacta sunt: Indi, & Sagae in tua potestate, tot populi, tot exercitus, tot

equitum, peditumque millia ad renouandum bellum vires paratas habent, ut maior belli moles superficit, quam exhausta sit. Quid ruinas beluarum ritu, in perniciem non necessariam?

Fortiorum virorum est magis vitam contemnere, quam odire vitam. Sapientia labo-  
*Vita odia  
non est vi-  
tis ad vilitatem sui compelluntur ignavi, at  
rificis.*

Itaque ultimum omnium mors est, ad quem non pigre ire satis est. Proinde si Baetria, *Mortis cō-*  
quod tutissimum receptaculum est, perimus, *tempus.*  
Prefectum regionis eius Bessum Regem tem-  
poris gratia, statuamus. Compositis rebus,  
iusto Regi tibi fiduciarium restituet Imperium.

## OECONOMIA orationis.

*I. Inſinuatione uititur Vulpes in re ambigua, proponens se austera quidem, sed salubria dilecta-  
rum, ducto à medicis exemplo. Hanc similitudinem fusa prosequitur August. epist. 48. ad Vin-  
centium, & ep. 1. ad Bonifacium, & Serm. 59. de  
verbis Domini. Cesarinus Arelatensis homil. 8.  
Philo Indeas de sacrificijs.*

*II. Primo opposit religionem, & infelicitatem ad deterendum Darium, quo prætextu ambi-  
tiosi, & improbi, ut videre est in varijs his orationibus,  
sepè abiuti solent: Quippe nihil efficiacius multi-  
tudinem regit, & ut ait Iustinus, lib. 8. Iure il-  
le à Dijs proximus habetur, per quem Deorum Dijs pro-  
maiestas vindicatur. Verum huiusmodi homi-  
nes prætextu calo, captant terras.*

*III. Addit sua fraudi delinimenta, & sive præ-  
claris in posterum colligit ex adiunctis, si Darius  
tantisper hunc infelicitum terum velut effuso tor-  
renti se subirapat.*

*IV. Quod vafra artis est, etiam sententiosus  
est infidulator, quod sincerus loqui videatur, & Calliditas  
facilius in errorem inducat. Sed χρυσὸν λαλούει - blanda.  
rōw suscepit a prudentibus oratio.*

*V. Ad summum rem de compacto gerunt per-  
fidiosi, ut in Velabro Olearii.  
Sic multa animus, quorum atroci iunctus  
malitia est,  
Composita dicta ex pectore euolunt  
suo,  
Quæ cum componas dicta factis discer-  
pant.  
Accius in Emmonidibus.*

P P P P O R A.